



Universitätsbibliothek Paderborn

**Pastorum Continens Doctrinas, & Industrias ad Pastorale
Munus piè, fructuosè, ac securè obeundum pertinentes,
Unà cum Casibus frequentiùs circa idem Officium
occurrere solitis, & ex communiote ...**

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1678

Membrum VIII. De Reliquiis Sanctorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49267](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-49267)

M E M B R U M VIII.

De Reliquijs Sanctorum.

Qu. *Quid circa has observare debeat Pastor?* **Principiū.** 1. *Cautela in recipendis*, scilicet, ut si aliquis ejusmodi Reliquiæ aliundè offerantur, non facilè eas recipiat, aut exponat, nisi Episcopo recognoscente, auctoritate, quemadmodum Concilium Tridentinum *decreta* de *decr.* 2. requirit. 2. *Diligentia in affermando*, scilicet &c in decoris vasculis observentur, & in cibis clausis, clave apud se retenta, custodiantur, si celibates sint. 3. *Religio in exponendis*, ut videlicet non tantum tempore in Altari exponantur, aut si alicubi mos ferantur, sive luminibus Populo monstrarentur, sed etiam in Cocomoneatur Populus ad debitum cultum, & venerationem exhibendam, simùlque ad vitandos abusus & superstitiosos sedulò cavendos.

M E M B R U M IX.

De Imaginibus.

Qu. *Quid circa has observare debeat Pastor?* **Principiū.** 1. *Selectum*, ut, quemadmodum in Concilium Nicænum graviter prohibuit, imagines vanugaces aut in honesta studiis arceantur; è contrario illæ substituantur, quæ & ad articulos fidei nostræ inserviendos, & ad pietatem, devotionemque excitandam confundit magis videbuntur. 2. *Cultum*, quem in finem sæpius cum Confessionibus, tum in Catechismi explicatione, quandoque imagines præmij loco dividit, explicare debet, quæ intendit ejusmodi imaginibus honorem & venerationem tribuere Ecclesia; & quomodo per hoc nulla idolatria ab ipsiusmittatur, ut falsò & vanè criminantur Hæretici. 3. *Etum*, ut scilicet accurate doceat, in quos usus ejusmodi imagines adhibere; quomodo in domibus & parochiis pendere, ante illas suo tempore orationem perfolvere, que necessitates, perinde acsi ipsi sancti praesentes essent, commendare debeant.

MEM